

## TERTIA

Crudeles diuos, crudelia fata uocares,  
 Crudelem terram, quod non sponte hisceret, et non  
 Te subito orantem miserata hauriret hiatu.  
 Haud aliter tantum finiri posse dolorem.  
 Hetrusci montes, testes uos omnia scitis.  
 Omnia uos mœstæ lamenta audistis, et ipsi,  
 Dum miseret, celsis de uerticibus ululastis.  
 Nam mihi cuncta senex puero prædixerat olim,  
 Dum moriens teneros commendat Tityrus agnos.  
 Sic Damon, simul ibat. cum uidere uagantem,  
 Atque hæc nequicquam sera sub nocte canentem  
 Carmina nimboris stabulantes montibus urfi  
 Montibus, et siluis, ac littoribus desertis.  
 Illa autem prærupta legens, atque inuia saxa  
 Nunc hac nunc illac fugere indeprensa, nec usquam  
 Apparere freti hiberna surdior unda.  
 Illam uos amnes, uos o, genus amnibus unde,  
 Sistite, correptamque domum deducite Nymphæ.  
 Sola dies poterit tantum lenire dolorem.